

Galliæ concessum sit, integrum Sacramentum, Hispani vero à paribus causandi momentis instructi, utramqve speciem ut accipiant, minime dignentur. Sed liceat nobis penetrare in scri-
nium pectoris, unde confessim fumi illi assurgunt, qvos Ca-
pitolini illi Vejoves toti orbi vendunt, dum mysteria iniqvitatis
suæ semper religionis specie incrustant, pone qvam Ratio-
nem Stat9 tutissimè omnium latere posse, sibi persuassisimum
habent. Deo servire videri vult Pontifex Romanus, dum oleo,
tanquam divino muneri, privilegium se debuisse credi vult,
cui tamen ita servit ne offendat in regulas devotissimi impe-
rii sui. Consideremus modo atqve altius deducamus, qvis
status fuerit illius temporis, qvo Clemens VI. (ad hujus enim
tempora concessionem omnes Pontificii referunt, vide *August.*
Bernal. Jesuitam Disp. 41. Sect. 2. §. 1. de Sacramentis, Svarezium. T.
III. disp. LXXI. Qvest. 80. artic. 12. p. m. 854. auctoresqve supra ad-
ductos, qvi tamen circa annum dissentunt, definitibus aliis
1337. aliis 1341. assignantibus, insigni solœcismo Chronologico,
cum 1342. Clementem VI. Antichristi sedem conscendisse con-
stet, & Philippo Regi Franciæ primum indulsiſſe illud Privile-
gium ob solam Rationem Status, qvia grave sibi futurum per-
spiciebat, censura ecclesiastica notare & augusta dignitate exu-
ere invisum sibi Ludovicum Bavarum, adeoq; ne fulmen illud
brutum redderetur, ad explendæ vindictæ cupiditatem, qvâ
totus flagrabat, & cuius causa, nescio qvid, indulſſet, Phi-
lli potentia atq; auctoritate ſe ſuffultum conseqvi posſe pu-
tabat qvod moliebatur, & ita qvidem anxie, ut si fecus ce-
cidisset, pervideret ſe in manus Ludovici perventurum aut
Romanam ſedem indignius ab eodem habitum iri. Qvin
qvod magis mireris, ſi ſuccederet profanus iſte ausus, impera-
toriam dignitatem jam dum despondebat Carolo Philippi
Galliæ Regis affini, qva etiam potitus eſt. Ut illud meri-

C

to in-